



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

6. Quinta causa. Superveniens corporalis necessitas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

recederet, qui cum rennisset, atque ultro, citroque, idem Nuntius responsiones pertulisset, delata etiam ad præsentem Proceßum turbationis causa, res cum terminum habuit, ut Episcopus, nulla alia adhibita vi, pertexerit in Sacro, illique de more finem imposuerit. Magna exinde oborta est quæstio, inter Canonistas: An legitimè Episcopus in Sacro pergendo persistere potuerit? An Senator ille in excommunicationem Pontificiam incidere? An denique astantes, qui exire à Templo de buissent, peccaverint? Profecto sic primo aspectu merito dubitabatur. Verum ego minimus, alique me doctiores, inde prædictos defendimus, quia Senator ille, statim atque suæ denunciata excommunicationis notitiam habuit, ritè appellaverat ad superius Tribunal, quare appellatio pendente, vitandus non erat. Audi eundem Layman. lib. 1. tr. 5. p. 2. c. 4. num. 2. id breviter deservientem. Secundo colligitur cum Navarro, & Glossa, licet appellatio ipsam excommunicationis sententiam absolute latam suspendere non possit cum ea executionem secum trahat, c. Pastoralis, § De Appell. nihilominus suspendit effectum denuntiationis, ut appellans, pendente appellatione, vitandus non sit. Quæ sunt ratione, tamen si aliquis in facto notorio appellare non possit, c. Cum sit Romana, eodem titulo, tamen assentientia Iudicis declarantis factum notorium esse, appellare potest, cum is iniuste iudicare potuerit, sicuti notavit Abbas. Denique licet à poena iuris non appelletur, c. Quia nos de Appell. appellari tamen potest à sententia Iudicis declarantis aliquem incidisse in poenam iuris. Hæc ille: Vide etiam Bonac. de exc. disp. 2. dub. 2. p. 1. n. 2. aliisque.

§. V.

QUARTA CAUSA.

Supervenient violatio Ecclesiæ, vel Altaris.

1. Si violatio, de qua supra lib. 1. c. 4. §. 5. breviter locuti sumus, contingat post Canonem inceptum, (cum tunc confectur quoad hunc effectum inceptisse sacrificii substantia ex Supra de Sacram. disp. 81. sect. 4. §. Secundo quæres, Fagun. d. 1. Et. l. præcept. lib. 3. c. 14. num. 7.) pergat Sacerdos, Missamque absolvat, ac si nulla violatio supervenerit. Si Delugo de Euch. d. 20. sect. 2. num. 6. 1. & passim. Si vero Canonem non inceptum, recedat, Missamque relinquat. Illud recolere, si Ecclesiæ solum benedicta, & non consecrata fuerit, posse ipsam Sacerdotem eiusmodi violatam Ecclesiæ, seu Altare reconciliare per formulam positam in Cærimoniali, quæ satis est brevis, facta ex una parte reconciliatione, statim redire ad Missam, & proseguere. Ita nos supra lib. 1. c. 4. §. 5. n. 2.

2. Dico (posse) nam si commodè haberi nequeat Cærimoniale, Sacerdos non obligabitur, sed solum relinquat Missam. Obligabitur tamen sub veniali, si commodè posset habere Cærimoniale, & nollet reconciliare: quia est nonnulla irreverentia nolle Missam inceptam quamvis nondum incepto Canone, absolvere, cum possit. Sub mortali autem non obligo, quia potest se conformare cum decreto Ecclesiæ prohibente Sacrum fieri in loco violato, & ex alia parte Sacerdoti privato reconciliationem illam Ecclesiæ non præcipit.

Post hæc scripta volui recollere modum reconciliandi, Ecclesiæ violatam, quando nondum est consecrata, quem præscribit Rituale Rom. Pauli V. nec illum inveni adeo brevem, ut modo dictum est ex Delugo; quare puto, ante Canonem inceptum absolute posse Missam omitti, cum prolixitas talis reconciliationis sufficientem causam deromittendi sicuti dat Ecclesiæ consecrata propter non valde dissimilem prolixitatem.

3. Sed quid fiet de Hostia, Vinoque oblati, si relinquenda sit Missa post oblatis nem?

Hostia, vel reverenter fumatur à quopiam, vel servetur inter ceteras, quæ postea consecrandæ erunt: nec officit debere iterum offerri, quia oblationem repetere culpa nulla est. Vinum etiam, vel reverenter absumatur, vel servetur ad alias Missas, vel deponatur in Piscinam

Sacram, seu sacrarium. Atque ex congruentia cæterum si eiusmodi Hostia, & Vinum serventur contentum, in illum non sacrum, culpa non est supradictis lib. 1. c. 2. §. 3. a. n. 3. in simili, colligitur.

§. VI.

QUINTA CAUSA.

Supervenient corporalis necessitas.

1. Si morbus, vel alia gravis corporis necessitas Sacerdotem Missam interrompere, immo ut ex se constat, à culpa. Layman. lib. 3. tract. 2. Quæ casu si facta est consecratio, & ipse recedat ad id Sacrum nequeat, quid faciendum sit, dicitur §. 1. n. 1.

§. VII.

SEXTA CAUSA.

Supervenient proximi necessitas Spirituum.

1. Difficiliter alium casum circa hoc invenimus, Deum, in quo alicui mortis proximo Sacrum sit ministrandum.

Primo igitur, si sit ministrandum Sacramentum credator mortuus ponendus esse in gratia, quæ sacramentum Penitentia, vel si hoc suscipere obsequium non possit, Sacramentum Eucharistia, vel Eucharistia, quibus in eo casu competit ex probatione præstam gratiam conferre, id id, inquam, ministrandum, nec prælo sit alius, nisi is, qui actu celebrat, restituit inquit merito Zambranus c. 4. dub. 6. n. 1. Missam inchoatam etiam post consecrationem reverenter servare interim aliquo Sacra Eucharistiam in qua actus Sacerdos secum deferat aliquam hostiam consecratam, extremam unctionem ad infirmum, audiatque ejus confessor, & data Eucharistia, atque extrema unctione, remittit per Psalmis Penitentialibus ad Ecclesiæ post Missam recedat ad persiciendum Sacrum: Atque hæc si infirmus omnia Sacramenta suscipere, secus, cõferat illud, quæ per

2. Secundò. Si sit ministrandum Sacramentum charitatis non ut conferat illi gratiam primam, sed Viaticum ei, qui paulo ante sit confectus, nec ad Sacramentum, si facta quidem sit oblatio, seu certe prius Canon, non licet exuere sacras vestes, & nec rigendum Viaticum. Si vero oblatio facta non fuerit, certe non est improbabile. Ita Layman. lib. 3. tr. 2. p. 2. c. 7. n. 1. tunc est, quia ex una parte necessitas, seu utilitas firmi non iudicatur modica, & ex altera, ante oblationem vel Canonem (non vero post) relinquere Missam, prædicatur continere tantam irreverentiam, quæ non debet ab illa necessitate.

Dixi licere) nam non cognosco obligationem, quæ sit Sacerdos iuxta alteram opinionem putare non debet tantam necessitatem, ut interrompere Missam valeat.

4. Dixi item (non licere exuere sacras vestes) in ipsa Ecclesiæ, in qua quis Sacrum celebrat, forte aliquo repentino malo correptus, indigeat simili Viatico, Sacerdos, etiam post consecrationem, divertere: sed lumen ab Altari, illi Eucharistiam porrigere, ac iterum reverti. Sic Glossa nullus, dist. 1. d. c. 1. Layman. lib. 3. tr. 2. p. 2. c. 7. n. 2. Hentriq. lib. 8. c. 30. n. 4.

5. Tertiò denique. Si sit ministranda extrema unctione moribundo aliàs confesso, vel Sacra Eucharistia oblatio, quamvis aliqui cum Layman. ibid. assertant, prælo relinqui Sacrum, si nondum facta est oblatio, prælo si qui sacram unctionem petat, is sit, cui facile non possit: Ego tamen puto non posse. Ratio est, quia non video tantam necessitatem in casu extreme unctionis, sicuti contra modo vidi in casu Viatici, in hac necessitate possit vinci irreverentia interruptio Missæ. Adde infirmam esse rationem illam (si petat ab eo, cui negari non potest) sic enim, iam non concedis interruptionem ob spirituales necessitates.